



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Capvt XII. Decora potentia Christi exequentis, sacris titulis iuxta Patrum interpretationem expressa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

potentiam, ait recte turbas, non interrogantes sed asserentes de Christo dixisse; *Qualis est iste? quia ventus & mare obediunt ei.* [Qualis est iste, hoc est, quantus, quam fortis, quam potens, quam magnus? Qualis est iste, maior Mole, potentior Elia. Illi enim ambo, quorum vnus ligno mari percussio cum labore discedit, alius ictu melior, Iordanem transijt. Iste vero vno verbo mandat illis qui non habent verba, & obediunt ei qui non habent auditum, & obtemperant ei. Hi qui prudentia & intellectus expertes sunt, inclinantur iubenti. Quibus neque loquela, neque sermo, obediunt. In eadem autem substantia in qua sunt, & sua natura moventur, & eius iussioni de eruiunt, ad confusionem mortalium, ad condemnationem corruptibilium. Iubet mari, & non contemnit: dicit ventis ac tempestatibus & mox compescuntur: iubet & omni creaturæ, & non supergreditur iussione eius: Et vnum hominum genus, & vnum quod secundum similitudinem Dei honoratum est, cui verbum & prudentia data est, hi soli homines resistunt, hi tantum inobedientes sunt, hi soli contemunt. Ideoque & hi in iudicio damnabuntur, & a iusticia punientur, velut deteriores mutis animalibus, vel iis que sine spiritu & anima sunt in isto mundo. Mirabantur ergo illi quia mare compescitur, & venti mitigati sunt: admiremur & nos, quando benignitatem & benivolentiam ostendit circa nos Dominus; quando nos de periculis saluare dignatur; quando de tumultibus nos liberat; quando ab inimicis insequentibus eruit nos. Miramur, & mirantes gratias agamus, grati obediamus, obediētes timeamus, timeantes diligamus, vt æternæ charitatis ab eodem hædes efficiamur. Mirabantur dicentes. Qualis est iste? sicut homo videtur, & sicut Deus potentiam ostendit: sicut vnus carnalium putatur esse, & super omnia carnalia, magna ostendit mirabilia. Dormit sicut homo, & imperat mari & ventis sicut Deus: In nauicula sedet, & omnem creaturam iussione inclinat, vbi vult, Iesus Christus Dominus noster.]

CAPUT XII.

Decora potentie Christi exequentis, sacris titulis iuxta Patrum interpretationem expressa.

484. **Q**uod studium circa substantiales Christi partes, & reliquas earum facultates exornandas collocauimus, prolatis illustribus earum ex Scriptura titulis ad mentem Patrum expositis; idem circa hanc postremam Christi facultatem impendere operæ pretium est. Paucos ergo flores huiusmodi titularum decerpemus, per quos huius potentie dignitas & nobilitas innotescat.

Calamus scribæ citi.

S. Athanasius in Psalm 44. ita intellexit Psalmem; & a celebritate exequendi absque obice quæcunque animo destinaret Christus, & eloqueretur, dictum putat calamum scribæ citi. Exemplum profert, ex leprosi curatione, & ex adolescentis filij viduæ Naim suscitatione. Vt enim ad illum dixit, *mundare*; ad hunc vero *surgere*; illico mundatio & suscitatio est subsecuta.

Locum hunc D. Athanasij ex commentariis in eum Psalmum, descripsit Nicetas in Catena Græca Psalmorum, ex quo illum exscripsimus l. 2. sect. 5. c. 2.

Manus tornatiles plena hyacinthis.

485. Rupertus lib. 5. in Cant. æquè hunc titulum retulit ad citam & expeditam mirabilium operum executionem per Christum. Sic enim scribit. [Nemo alius manus in faciendis signis atque prodigijs, ita tornatiles, & ita anteas habuit, id est, nemo ita velox

& potens existit in huiusmodi; ex omnibus quicunque mira in hoc mundo sunt operati. Qui cornu operatur, facilius, citius, atque perfectius operatur. Sic ille dilectus, multo facilius, longè citius, valde perfectius, mira quæ voluit operatus est, quam aliquis ex operariis virtutum, quicumque a seculo fuerunt. Illi namque multo sudore, multis orationum atque ieiuniorum impendijs, multo clamore cordis & oris; aliunde, sine ex Deo, acquirere & obtinere meruerunt, cuius bet (quam vtique in semetipsis, vel ex semetipsis non habebant,) virtutis effectum: hic autem solo motu, sola voluntate, solo imperio, interdum & taciturnus, quod voluit operatus est. Exempli gratia, cum dixisset in nuptijs, *implete hydrias aqua*, non solum non clamauit, aut orauit, sed nec voce sua, sine labiorum motu, iussit saltem aut dixit, *conuertantur vel conuertimini aquæ in vinum*; sed de hoc omnino tacuit, *haurite nunc* (inquit) *& ferte Archibuticino*, scilicet & certus quod satis sensisset natura, conditoris sui tacitum nutum. Nec mirum! Ipse namque erat, & est, antiquus tornator, qui tornauit calum & terram, & spherica Solis & Lunæ, cunctatunque stellarum corpora, torno suo, id est, imperio velocissimo. Eadem pulcherrimè prosequitur Philippus Abbas lib. 3. in Cant. cap. 22. Sed quod vix aliquid habet à Rapto diuerum, ab illo eius adscriptio.

Locum Canticorum de Christi potentia, quem Rupertus ex vulgata editione retulit, S. Ambrosius in Valentiniani monodia, vertit *manus eius tornatiles, anteas plena hyacinthis*; Et sensum esse dixit, quod in Christi factis & operibus, reniseret gratia. Daniel Melanctonus ad cap. 16. Palæoti de sacra fido. num. 13. multas Doctorum factorum interpretationes profert, horum verborum: additque vnam ipse quoque, de Christi manibus tornati clauo confixis, plenis cælestium donorum. Sed hoc mysticum est.

Venter eburneus, distinctus Saphyræ.

486. Fortitudinem potentie Christi in fragili & molli admodum substantia humanitatis, eisdem summam puritatem, & cælestem sanctitatem, intermictantibus diuinis actionibus Deum in summa vilitate prebentibus, hæc verba præferunt, vt passim ea exponunt PP. in c. 5. Cant. & perpulchrè Petrus Damiani l. 1. de S. Ioanne Euang. [In membris (inquit,) humani corporis, vix aliquid ventris fragilis, siue tenerius inuenitur: ideoque per ventrem rectè fragilitas in Christo assumptæ humanitatis accipitur. Ebur autem est elephantis, quod videlicet animal, fertur esse cautesimum, frigidissimæque naturæ. Venter ergo sponi eburneus est, quia suscepta Redemptoris humanitas, ab omni peccatorum contagio, casta prorsus, & inuoluta permansit. Siquidem peccatum non fecit, nec dolus inuenus est in ore eius. Saphirus autem lapis est, ferreni calicore habens: Vnde & in visione Domini dicitur *erat sub pedibus eius quasi opus lapidis saphiri, & quasi calum cum serenum est*. Per saphiros ergo opera diuinitatis intelliguntur, quæ in carne Dominus ostendebat. Venter ergo sponi distinctus erat saphiris, quia Christi humanitas diuinis virtutibus resurgebat. Nec plenus saphiris esse dicitur, sed distinctus ita videlicet, vt inter saphiros candor eboris appareret; quia sic Dominus ex parte hominis assumpti operabatur humana, vt aliquando nihilominus ex parte Deitatis ostenderet & diuina. Nam elurire, sitire, flere, postremo crucifigi, & mori, humanitatis erant opera; miracula vero facere, & non solum alios, sed semetipsum etiam à mortuis suscitare, euidentissima erant diuinitatis indicia. Hoc itaque modo Beatus Ioannes, quasi eburneam ventrem sponi, saphiris distinguit.]

Philippus Abbas l. 5. in Cant. cap. 23. idem egregè est prosecutus, concludens his verbis longiorem purificationem.

putationem. [Ergo venter eburneus, id est opetum robusta series humanorum, distinguitur saphyris, id est polychredine diuinorum, cum inter illa quæ prout voluit homo potuit fortiter sustinere, celestis excellentia gaudet aliquoties in miraculis elucere. Neque enim vel humana semper, vel assidue diuina diligit operari, sed operandi seriem distinctionis gratia decorati, & sic pluraquam Ionam vel Salomonem eburnea fortitudine hominem se commendat, vt etiam in homine saphyri pulchritudinem, Deum recte credentibus se ostendat.]

Carbo ignitus.

487. De Christi potentia nunc quidem splendente per opera mirabilia, nunc sopita sub cineribus vilitatis humane, id accepit Autor sermonis de B. Maria, perperam S. Bernardus adscripti, in *sine sermonis*. Locum de eius agens de symbolo cerei.

Pluuia in vellus.

S. Chrysostomus homil. in illud Psalmi 71. *Descendet sicut pluuia in vellus & sicut stilla in scissura filularia super terram*, pluuia interpretatur Christum in Synagogam misericorditer aduenientem, potestate mirabilium precandorum instructum ad prædicationis Evangelicæ conuenientem profeminationem. Eius autem pluuie guttas, singula miracula esse docet, quæ Christus per potentiam, qua instructus est, dedit. [Guttes istæ (inquit) virtutes sunt quibus idem Dominus noster Iesus Christus dignatus est terram veniens implere. Gutta fuit quando leprosum mundauit, puerum Centurionis à mortis periculo sanauit, paralyticum curauit, cæcum illuminauit, mortuos suscitauit, & cætera miracula quæ legistis in Euangelio faciente Domino. Ille ergo guttas, distillauerunt in terram, id est miracula in carne humana aduenientia.] Et quia Christus virtutes & miracula, primum Iudeis sunt exhibitæ, inde ob Iudeorum ingrati tudinem, ad gentes cum Euangelij prædicatione sunt translata, id ipsum esse ait S. Chrysostomus, quod ad Gedeonis petitionem, aqua de celo manans perfudit primum, vellus domitæ; tam vellere prorsus sicco, area circumfusam adit sicco prorsus vellere. Quam allegoriam pluuia Patres sunt amplexati, S. Irenæus lib. 1. c. 19. Origenes hom. 1. in Iudic. S. Ambros. lib. 1. de Spiritu sancto, in prologo, Hieron. ad Paulinum de Monachi iustis. August. q. 49. in Iudic. & l. 1. 2. contra Faustum cap. 31. ac serm. 108. de temp. & serm. 2. de verb. Apostoli, Prosper 2. p. de promiss. c. 8. & passim alij.

AVTHORIS ADDITAMENTA.

Pag. 49. col. 1. lin. 7. post hæc verba, Remondum in opere de Anichristo c. 3. videre est, *adde*; Certum nomen est circa Acephalorum denominationem aberrasse Siebertum in Chronico ad annum 476. cum dixit, [Hæresis Acephalorum exorta est, impugnantiæ tria Capitula Synodi Chalcedonensis, sine nomine Autoris, ob quod *Acephali*, id est *sine capite* vocati sunt.] Hallucinatur Siebertus. Neque tam multorum qui Acephalos impugnaret quisquam eam notionem subiecit tali vocabulo. Non Anastasius Sinaita. non Eulogius Alexandrinus. non Ephraemius, Antiochenus, non Leontius Byzantinus, non Vigilius Africanus, falsò creditus Episcopus Tridentinus, non Ioannes Damascenus, non Rusticus Card. Diaconus, non Liberatus, omnes validissimi præter ceteros Acephalos impugnatores. Nullas horum notionis à Sieberto propositæ, vel me-

minit. Verisimillima tamen sententia est quam Leon-tius Byzantinus l. de sectis sect. 5. adducit, nimirum cum Eutychni Antiocheni odio Petri Mogi sui Patriarchæ qui Eudocio Zenonis subscripserat, seorsum ab eo, atque adeò *absque capite*, conuentus agerent, denominatos esse *Acephalos*.

Pag. 136. col. 2. lin. 44. post hæc verba, per manus sacerdotum quotidie spiritualiter efficitur, *adde*; Quamquam hæc postrema esse additamentum Leuiathan recentiori manu attextum Athanasij, siue magni, siue iunioris libello de ea transfixione, rectè confirmat Petrus à Valle. clausula, libro de Immunitate à Censura, diatriba 6. Inuenit item de hac Beryrensis lignei simulacri transfixione sanguinatione legere venationem de Christianorum missorum expeditione apud Syros, continetam à Iosepho Bessone, cum agit de Vrbe Berytho, nunc Benus siue Bine.

Pag. 138. col. 2. lin. penult. post hæc verba, in Leone III. *adde*; De sanguine Billoni apud Aternos asseruato, quod sit verus Christi sanguis, confirmat fusc Raymundus Martinus, opusculo de eo sanguine.

Pag. 155. col. 2. lin. 4. post hæc verba, Fulgentius ad q. Ferrandi, *adde*; Ad quem locum multa circa hoc verbosatur qui notas emisit in eam S. Fulgentij responsionem auctariis suis ad Ferrandi opuscula in textum, quem mihi decennio post hæc primum vulgata, videre contigit.

Pag. 167. col. 1. lin. 24. post hæc Verba, quæ Verbum vestitur, *adde*; In quam etiam sententiam sic Theophanes serm. 27. [Milites tunicam inconsutilem, desuper contextam non resciderunt, sed cui fors obuenerat, eam dederunt. Inconsutilis porro supernè erat quoniam mos Galilæis erat, tunicas ex lacinjis duabus conficere, in humeris Sutura commissis, Hanc verò tunicam oportet intelligere vno contextu fuisse, nullaque commissura compactam. Tunica igitur sanctam Verbi carnem significabat, quam non consuevit semen, & delectatio, sed ex gratia S. Spiritus, erat supernè contexta. Quauis enim in inferioribus Verbum secundum carnem genitum fuit, in supernis tamen, ex Deo erat, & Patre.] Hæc postrema clausula non satis coheret cum antecedentibus. Dicendum enim fuerat, humanitatem Christi non fuisse consuetam, quia non coaluerat ex delectatione somni conuenienti, sed ex celesti ac superna diuini spiritus operatione. Ad quod nihil refert, generatio æterna ex Patre. An aliquid in contextu qualis editus est, desideratur? Forassis etiam insinuat radix incompactæ ex paterno & materno semine generationis, quod Christum secundum æternam generationem ex solo Patre productum, decuerit humana generatio ex sola matre, secliso Patris creati influxu, ac proinde incompacta.

Pag. 170. col. 1. lin. 46. post hæc verba, verbum per auditum illapsum, *adde*; Idem orat. 4. quæ est in Christi Natale, inuitans ad Christi cunabula omnem mortalium conditionem præter cætera ait. [Concurrant Reges, quod Rex gloriæ pro Regali trabea fasciis intolutus sit. Accurrant Principes, quod princeps ille pacis in Virginali Opificina, corporis arma eudens, eaque incontaminata Deitate durans, iisdem Diabolum hostem interemet. Concurrant Consules, quod celestis terrestrem assumpserit Consulem, pulcherrimè habens ac decoram sellam curilem Sanctam Dei Genitricem Virginem Mariam; Consularem verò togam, nullo carnem fatam semine, pretiosis illam intextam ac ornatam lapillis, nempe Sanctorum vitis ac corum rebus gestis: Inestimabilibus margaritis, præclatis nempe Prophetarum vaticiniis.] Vestis Consularis atque palmatæ decora ex Ausonio in Eucharistico nota, hic micant. Creditus Hieronymus serm. de A. sumpt. eadem sententiâ sic pronunciauit de B. Vir-

-gine

gine ex quo Spiritus S. cam obumbravit. [Ante hoc ipsum sanè vterus Virginis, quamvis mundus, quamvis impollutus, & alienus a contagione peccati, quamvis sanctus; tamen adhuc vilitate humanitatis induitur, vt ita dicam: Ac si lana candidissima suoque colore dealbata, ad quam sanè cum accessisset Spiritus S. quali ipsa eademque lana cum inficetur sanguine conchylii vel muricis, vertitur in purpuram, verba est & ipsa sine coitu in matrem; vt non sit iam amodò quod fuerat, sed purpura verissima ad indumentum & gloriam summi Regis diuinitus apertissime dedicata, vt nulli deinceps ea vti su femineo liceret, nisi Deo. Quippe (vt ita loquar) Beata & gloriosa Virgo Maria, eo modo, quamvis dudum incomparabilis esset vniuersis quæ sub cælo sunt Virgibus, vt decenier posset in se suscipere diuinitatis admisionem salua vtraque natura; tamen cum gratia repletur, cum Spiritu Sancto perfunditur, cum virtute Altissimi obumbratur, fit pretiosior meritis, celsis sublimior fastigiis, pulchrior sanctitate, gloriosior suorum prærogatiuis meritorum; ita vt nullis iam visibus sic ipsa eademque mancipanda nisi diuinis.]

Pag. 171. col. 2. lin. 48. post hæc verba, sicut dicit Pronetibium, *adde*; Felices igitur, qui Dominum lessum induerint, & eo (vt Prophetæ vocant) salutis vestimento se circumdederint. Infelices è contrario qui pro hoc indumento quod Christus est, induuntur veste mixta sanguine quæ est in combustionem & cibibus ignis quod de veste mystica inquinata peccatorum sordibus accipit. S. Gregorius supra adductus. Contingit istis quod Carolo Regi Navaræ accidit anno 1386. Cum enim iam annis grauis ad leuandos male affectos neruos de Medicorum consilio obuolutus esset linteo ad vniuersum corpus affluto quod aqua quæ vitæ vocatur exquisitè perfusum ac imbutum fuerat, oscitantia eius qui linteum consuerat, vt filum abrumperetur candelam filo admoda est. Illico autem per filum linteo vniuerso flammis concepto, miser Rex viuicombustio perire, vt est apud Fulgiosum l. 9. c. 11. qui addit affine exemplum Caroli VI. Francorum Regis qui cum aliquot personarum formas syluestrium hominum toto villosus corpore allumplerat erant singulis vestes è reuui lino piceato corpori afabre aptatæ & arctè applicatæ. Incidens in eos sic amictos Dux Aurelianensis Regis Frater, dum incautus admota cominus candelâ singulos lustrat, ignis velum piceatum vnus è personarum corripuit, quo ille momento conflagrauit, & serpente ad alterum vicinum flamma, exitum eidem creauit. Rex ipse vix periculo est subductus. His vestimentis cibando igni accommodatis miserè perierunt qui ea induerant. Idem dico iis euenturum qui vestimenta mixta sanguine, amicti fuerint & induere Christum neglexerint qui verò conflagrationem corpoream in hac vita ab exituali indumento illatam defugerint, nec fuerint etiam ex eorum numero quos cetera & piceata veste induti fuerint qua stantes ardent qui fixo guttute fumant, crudelitate Neroniana qua multi SS. Apostolorum discipuli Romæ sunt extincti, vt habent Tabulæ Ecclesiasticæ 24. Iunij (tunicam molestam dixit Iuuenalis. Satyr. 8. meminitque eiusdem Seneca Epistola 24. & Maluēda. 9. de Antichr.) non deuitabūt togam ardentem miser illius Abbatis ex Ordine Cisterciensis cuiuslibet de Viris illustribus eiusdem Ordinis meminit. Fastidians Abbas ille pannos vulgares qui in patria promercales erant, curabat sibi quotannis è Flandria pannum singularem. Coniuncto fato functus esset partientibus inter se monachis eius indumenta Priori Cœnobij illius Saxonici, vbi Abbas obierat, obtrigit vna demortui tunica, quam solemini quadam nocte veluti pro reuerentia induens, non secus excrucians est quam si candentes laminas corpori admouisset. Vn-

de festinus abiecit vestem è qua scintilla illico non secus ac ex ferro candente emicuerunt. Indiciū id fuit ardentis tunicæ quam in altera vita indutus erat, qui Christum in hac via non induerat.

Pag. 175. col. 2. lin. 38. post hæc verba, & Plinius l. 9. c. 35. *adde*; Sandalia siue calcei Indicæ rapuerunt oculos Holofernis, vt ipsa in suo Cantico asserit, mirum quia erant exquisitè ornati ac pretiosi.

Pag. 176. col. 1. lin. 54. post hæc verba, ex Deuter. c. 25. *adde*; Sed hic euentus est diuersus à priore de quo in lib. Ruth.

Ibid. lin. 59. post hæc verba, agnoscebat Ioannes, *adde*; Idem habet S. Ambrosius lib. de Inuit. Virg. c. 14. & Nazian. orat. in SS. Lumina.

Ibid. lib. 64. post hæc verba, planè circa hoc excutiant, *adde*; Huius corrigiæ intuitu Christus nobis vniuersi & omnium Dei dominio subiacentium factus est Dominus. Nam ratione vnionis hypostaticæ, debitor fuisse Christo homini, vniuersale in omni creatura dominium, monstrabitur tractando Christi tributum. Itaque orbis vniuersus dici potest *Castellum corrigiæ*, longè iustius quàm arx ab Hengisto Saxone constituta in Britannia, vt autor est Sigebertus ad annum Christi 434. Exclusus enim à Rege alia peritine, postulat tantum terræ spatium sibi dari, quantum vna corrigia posset ambiui vt ibi promontorium edificaret. Cui cum Rex acquiescisset, accepto ille corio tanti, incidit illud in longissimam corrigiam, & loco quem præuiderat, circumdans, intra ambitum illius constringit castellum, appellauitque illud *Castellum corrigiæ*.

Pag. 191. col. 2. lin. 17. post hæc verba, Spiritus ad resurrectionem, *adde*; Eleganter quoque de eiusdem effusionis admirabilitate ac fructu Adamus Perleus ferm. de Annunc. agens de humilitate Deiparæ qua decussit omni tumore euasit in vallem aquæ celestis ad inferiora semper delabentis, capacem. Sic verò concludit. [In hac igitur valle caliter irrigata, exortum est frumentum illud quod de se ipso in Euangelio ait: *Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet*. Rosantibus quippe cælis desuper, nubibusque iustum pluentibus, ad abundantiam toris huiusce vallis ista aperuit, & germinantefactorem. Ex hac pluuia celestis infusione plenaria, in profundum humilitatis concanum descendente, factus est in Virgine nostra fons aquæ salientis in vitam æternam. Vbi arbori quæ ad humorem istum non mittit radices suas. Sterilitate damnabitur, & siccatior proculdubio arbor illa cum venerit æstus. Ex hoc fonte irrigantur horri aromatum, id est corda Sanctorum aromatis virtutū redolentia. Secus decursus istarum aquarum plantauit vineam iustorum, Deus iusticiæ mea.]

Pag. 202. col. 1. lin. 22. post hæc verba, & dimonium fructuum capacem reddat, *adde*; Itaque imaginatori Christum possumus, omnibus sibi electis veluti insus diuitem; Quinimodi iuxta Tiburtis Tullius ab se visam arborem refert Plinius l. 17. c. 16. omni genere pomorum onustam, alio tanto nucibus, alio bacis, aliunde vite, ficis, pyris, Panicis, malorumque generibus. Tam variè insitam arborem ad eò multiformiter feracem, omnibus ex eo electis sibi confusus suppeditantem vitæ Spiritum cogitare possumus Christum. Scitè Chrysostomus ad illud Psalmi primi, *Eri lignum quod plantatum est secus decursus aquarum*. Christum & absolutè, & nominatim prout Crucifixum specie arboris repræsentat. Sicut etiam Philippus Abbas l. 2. in Cant. c. 21. latè vt optime Christum exhibet vt veram malum, cum cœteri omnes etiam iusti videri pte eo possint arbores syluestres, iuxta illud sponsæ de sponso Christo, *Sicut melum inter ligna solumum, sic dilectum meum inter filios*. Videndum ad

cum locum Cantic. 3. S. Gregorius, & Origenes hom. 2. in Cant. cuius est illud breue & scitum a Christum salus est omne quod dixeris. Igitur electi omnes ex se agrestes & immites plantæ, per incisionem adiunctæ Christo arbori lætissimæ, succum vitæ hauriunt qui in fructus multiformes omni suauitate redundantes erumpant, & Christum ditant varietate & amœnitæ proportionali ei quæ in arbore ad Tiburtis Iulias cernebatur.

pag. 206. col. 1. lib. 3. post hæc verba, & seqq. adde; & fuit D. Augustinus, sermone 101. de Tempore.

Ibid. lin. 46. post hæc verba, vt notum est, adde; Contractio alia Eliæ qua expandit se, & mensus est super puerum viduæ, de qua 3. Reg. 17. illustrabitur ex nunc subiiciendis.

pag. 216. col. 1. lin. 65. post hæc verba, serm. 2. de resurr. Dom. adde; & optime etiam serm. 4. de Christi Natuitate.

pag. 271. col. 1. ipsomet initio ante titulum, adde; Hoc item spectantes nonnulli Patres applaudente Ecclesia dixerunt. O ceru necessarium. *Alia peccatum quod Christi morte (& scilicet præcuratore morti. Natuitate ac Incarnatione) deletum est.*

Et, *O felix culpa qua talem ac tantum meruit habere Redemptorem.* Sunt hæc S. Gregorij verba, vt quidem plerique autumant, qui Sanctum hunc Pontificem faciente Autorem illius Proæ quæ ad cerei Paschalis benedictionem legitur. Alij tamen cum Honorio in Gemma animæ l. 3. c. 101. tribuunt eam S. Ambrosio.

Sed non bene vt notauit Menardus, vt ad Sacramentarium S. Gregorij pag. 90. & Gaudentius ad Rubricas Missalis part. 4. titulo 10. n. 7. In Missali Gotico adscribitur S. Augustino. Simile illud ex Prosa Gallicana. *O culpa nimirum beata, qua redempta est natura.* Est in Prosa Natalis Domini cuius initium est. *Etare olamius*

autore incerto sicut etiam incertus est Auctor proæ in Ecclesia Romana receptæ. Cuiuscunque verò sit, adhibetur in Ecclesia in publicis Officiis atque adeo non potest insinulari errori & quidem gravis ad blasphemiam (si Deo placeat) pertingentis, vt admodum simpliciter factum est à Clyctoneo in Elucidatorio Ecclesiastico his præter cætera verbis. [Itaque eradenda est & prociua abolenda ab omnibus libris Ecclesiasticis, neque dictarum claufularum, neque vnquam Deo continenda, ne stulta pietate mori, & nescientes

psallere sapienter, id culpæ adscribamus, operi quidem demonis, quod soli Deo acceptum referri debet.] In fuz verò correctionis probationibus, eadem binas clausulas vt sonant acceptas damnæ summæ impietatis atque blasphemie. Cùmque idcirco plurimos offendisset, edidit in sui defensionem Opusculum *De necessitate peccati Adæ & felicitate culpæ eiusdem* quo confirmat quæ in Elucidatorio dixerat, rectè habere si propositiones de quibus agitur, secundum se spectentur ac seorsim ab vfu Ecclesiæ de quo profitetur se nolle

agere; adducit insuper pro se varias Ecclesias particulares à quibus illæ clausulæ in prædicta Prosa sunt prætermissæ; vt Iacriensem in Pannonia, Monasteriensem in Germania, inibi Treuirensensem, Moguntinam, & Basileensem. In Gallia verò Virdunensem, Macloviensem, Senonensem, Renensem, Eduensem, Caromanensem, Carnotensem, Morinensem, & Religionem Cluniacensem: Sed durum fuit Clyctoneo contra stimulum calcitrare. Nam Romanæ Ecclesiæ autoritas quæ hæ clausulæ ratæ habentur præponderat autoritati negatiuæ paucarum Ecclesiarum particularium. Et graues Patres sunt astipulati. Nominatim Chrysostomus sermo 2. de Ascens. edito à Vossio qui expensa tanta in nos Dei bonitate per occasionem peccati, ex Diaboli inuidia deriuati, subdit. [O bonam atque felicem illam inuidiam! O bonum damnum?

Theoph. Raynaudij Christum.

O inuidia bonorum causa, quæ nobis infinita concilias bona, legemque immortalitatis peperisti.] Non dissimiliter S. Ambrosius in Psal. 39. agens de ruina nostra, tam feliciter per Christum reparata. [Felix ruina quæ reparatur in melius.] Denique Richardus Victorinus l. de Incarn. Verbi c. 8. monstrans quàm honorifica nobis fuerit Christi satisfactio. I. Nunc (inquit) fidelium deuotio magis gloriatur de redemptionis suæ satisfactio, quàm prius confusa fuerat de tantæ deiectionis opprobrio, intantum vt vbique terrarum Ecclesia fidelium cum omni fiducia canat. O certè necessarium Adæ peccatum, & nostrum, quod Christi morte deletum est. O felix culpæ quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem. Omnes Scholastici annuunt post S. Thomam 3. p. q. 1. art. 3. ad 3. & S. Bonaventuram 1. f. d. 46. q. vltima *sub finem*. Itaque hi probatissimi Doctores, nihil putens in prædictis clausulis subolfecerunt, neque per eas censuerunt laudari peccatum, & prædicari intrinsecam aliquam eius felicitatem quorum neutrum peccato congruit vt Clyctoneus virget. Sed non aduertit mentem Ecclesiæ & Patrum ei subscribentium nihil tale ferre; sed tantum agnoscere supposito delecto de Incarnatione tantorum bonorum nostrum fonte non exitura si homo non peccasset, necessariam fuisse peccati permissionem vt Christus veniret. Et ex mala causa effectum optimum Deo secundum nimiam charitatem suam decernente manasse. Quorum bonorum tota laus Deo non peccato debetur, vt S. Leo serm. de passio. de Iudæ scelere quod tanta bona, ex Dei solius bonitate sunt consecuta, philosophatur. Igitur Patres prædicti, & Ecclesia eorum sensui applaudens, perspicue supponunt, Incarnationem non fuisse decretam nisi occasione peccati, & ad eius destructionem, iuxta Danielis prophetiam.

pag. 312. col. 1. lin. 22. post hæc verba, tantum intendit, adde; Discretissime quoque id tradit in breui loquo p. 4. cap. 3.

pag. 313. col. 1. lin. 3. post hæc verba, quam censuimus veritatem, adde; Absque ambagibus tamen, dicere licet, Christum esse genitum ex B. Virgine, quia inde nulla honestarum aurium offensio timetur, & certa veritas est Christum ex matre per veram generationem esse productum, non autem per creationem, iuxta illud B. dæ l. 4. in Lucam [Christus conceptus ex vtero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne.] En non de nihilo. Igitur non est creatione productus, sed generatione. Quæ ex causa Fulbertus Carnotensis notatus est à quopiam tanquam improprie locutus cum dixit Epist. 1. Christum fuisse creatum ex Virgine Maria. Facile tamen est Fulbertum reprehensione eximere, dicendo Christum ab eo appellari *creatum* idest *procreatum*. Adde etiam plerisque Latinis Autoribus, nominatim Manilio lib. 1. absolute vocati *creatos*. Est etiam alia eiusdem vocis notio obseruata à Francisco Iunio in variis lectionibus ad librum 5. (Manilij). Notat enim verbum *creandi* deductum est à verbo *Cereo*, elisa litera *E*, deriuati autem ab antiqua voce *Cerum* quæ *sanctum* significat. Atque ita *creatus* proprie *sanctum Domino* significat: & *creati* dicuntur *diuinitus* quasi *Cereati*, & consecrati, additque cultui Numinis. Quæ vocis notio Auerno, Germanico, Manilio & veteri Scholiastæ Arati, est fusiliari. At quis potius ex matris vtero addictus Deo, & sanctus Domino, quàm Christus? Itaque in hoc item sensu, dici posset creatus ex Virgine. Verùm Fulbertus ad has argutias non respexit, sed Christum ex Virgine creatum dixit, idest productum, eodem sensu haudquaquam improprio quo homo denominatur *omnis creatura*, & quo passim dicimus *res creatas* omnia Deo contradistincta, etiamsi non omnia acceperint esse per creationem in rigore physico dictam.

D d

Pag. 310.

Pag. 320 col. 2. lin. 9. post hæc verba, à Deo conceperat, *adde*, S. Leo serm. 8. de Nativ. Dom. c. 2. [Verique naturæ in suis proprietatibus permanenti, tanta est unitatis facta communio, ut quicquid ibi est Dei, non sit ab humanitate disunctum: quicquid autem est hominis, non sit à Deitate disium. Celebrantes igitur dilectissimi, natalem diem Domini Saluatoris, partum B. Virginis, integrè cogitemus; ut carni, animæque conceptæ, virtutem Verbi nullo temporis puncto defuisse credamus: nec prius formatum atque animatum templum corporis Christi, quod sibi superueniens vindicaret habitator, sed ipsum, & in ipso, nouo homini datum esse principium, ut in vno Dei atque hominis Filio, & sine Matre Deitas, & sine Patre esset humanitas. Simul enim per Spiritum sanctum secundata virginitas, sine corruptionis vestigio edidit, & sui generis sobolem, & suæ stirpis Autorem.]

Pag. 335 col. 2. lin. 23. post hæc verba, morbum curat, *adde*; Laudat hæc in parte Nyssenus Ioannes Zonaras epistol. 10. quam profert Vulcanius ad librum S. Cy. illi contra Antropomorph. c. 24. describens suum cum Imperatore de eo dubio colloquium, ut constat ex fine Epistolæ quam mutilam esse patet ex eo limbo.

Pag. 339 col. 1. lin. 3. 2. post hæc verba, benedictus in secula, Amen, *adde*; Guericus Bernardi discipulus Magistro non indignus, à Patre Christi concepti miraculum humilitatis & studium silentij colendū contemplatur serm. 3. de Annunc. [Mater (inquit) virgo concipiens & pariens, signum nobis est, quia Deus est, homo ille qui concipitur & paritur. Filius diuina faciens, & humana pariens, signum nobis est, quia in Deum transferet hominem pro quo concipitur & paritur, etiam & paritur. Omnium tamen humanarum infirmitatum vel iniuriarum quas pro nobis pertulit diuina dignatio, sicut tempore primam, sic etiam humilitate ferè maximam exitimo, quod in vtero concipi, in vtero nonem mensium tempore, maiestas illa incircumscripita, passa est contineri: Vbi enim sic se exinanivit, aut quando ita penitus à semetipso defecisse visus fuit? Tanto tempore nihil illa sapientia loquitur, nihil illa virtus manifestum operatur; nullo signo visibili maiestas quæ clausa latet proditor. Non sic in Cruce visus est infirmus, ubi quod infirmum ipsius fuit, latum apparuit fortis omnibus hominibus, quando & mortens glorificat latronem, & expirans inspirat Centurionem: quando horarius dolor Passionis, ei non solum compati facit delementa creaturarum, sed etiam contrarias fortitudines lubigit æternorum passionum dolorum: In vtero autem sic est, quasi non sit: sic omnipotens virtus vacat quasi nihil possit; Et Verbum æternum sub silentio se premit. Vobis tamen, Fratres, vobis illud silentium Verbi loquitur, vobis clamat, vobis verique disciplinam silentij commendat. In silentio enim & spe, erit fortitudo vestra, sicut Isaias promittit, qui calum insulcia, silentium designat. Sicut namque puer ille conceptus, in vtero, ad maturitatem partus, sub alto & diuturno profecit silentio; sic & Spiritum hominis disciplina silentij nutrit, format, & roborat: & quanto occultius, tanto tutius & salubius incrementum præstat. Nescit homo animalis qui non percipit quæ sunt Spiritus Dei, quæ sit via spiritus, & quomodo compingantur ossa in ventre prægnantis; sed non est occultatum os meum à te (ait Sanctus Deus), quod fecisti mihi in occultamentis, sub secreto silentij.]

Pagin. 363 col. 2. lin. 16. post hæc verba, ut liquet ex illis, *adde*; S. Iacobi in Liturgia, ante Purificationem [Domine Iesu Christe, Dei Verbum, qui tua sponde Deo & Patri victimam irreprehensam in Cruce obtulisti: illa duplicis naturæ carbunculus, qui forcipecta Prophetæ attigisti & eius peccatum abstulisti; tæge & nostros qui peccatores sumus sensus ac nos pur-

ga ab omni macula, purisque nos sibi sancto altari tuo, vtili laudis sacrificium offeramus.] Optima item in hanc rem illa.

Pag. 380 col. 2. lin. 45. post hæc verba, confecti luminari intra laternam, *adde*; An hanc ob causam proportionem seruata, pius ac in Dei opere fortis administrat S. Bernardus Timonensis, ut refertur in eius Actis c. 50. obiectus est specie lucernæ intra laternam: Cuiusdam enim mitanti, unde homini nulla parantur miracula, tantum famæ donum adesset, & idcirco eum curiosè exploranti, obiecta est species quam dixi

Grandem laternam radiantem lumine plenam,

A nullo ferri vidit, nulloque referri.

Bernardi gressus ducentem, suæ regressus.

Cumque Bernardo nunquam præferretur lumen, idcirco curiosus persecutor,

Talem vel tantam stupuit mirando lucernam.

[Pater nimirum (ait Gausfridus Grossus Adorum Scriptor) quod Dominus per later nam itinerantibus luminis baculum, designare voluit, operum sui Confessoris luculentam copiam, sequentibus illum à Domino præviam.] Fuisse tamen lucernam hanc flabris pestique imperitam ad extinguendam in nocte claritatem eius, vniuersis viæ eius rebus declarat. Et fuisse etiam lampadem contemptam in oculis suis, & apud cognationes multorum diuinitum, donec adveniret tempus statutum, ibi dem cernitur.

Pag. 390 col. 1. lin. 35. post hæc verba, participatione acciperent, *adde*; Pertinet præterea ad Christum, commissio illa salis & aquæ, quam viurpat Ecclesia in aque lustrali consecratione, ut bene notauit S. Vincentius serm. de aqua benedicta, & multis illustrat Marcellus Columna lect. 2. hydragia. cap. 4. num. 2. & plerique seqq. Rident hodierni Græci hanc salis cum aqua commistionem: putantque filij à Latinis, ad conciliandam aquæ suæ benedictæ incorruptionem, ut refert Franciscus Richardus l. de sacra expeditione ad Insulam S. Irenes cap. 13. cum ipsi de aqua sua benedicta nullo condita sale, ad longissimum tempus incorrupta, maxime soleant gloriari; eamque incorruptibilitatem ostentare gaudeant, tanquam sanctitatis ritus Græcæ, solidum argumentum. Aquam verò ritu Latine benedictam, admisso sale, ultra diem rigescimus non perflare incorruptam mendaciter contendunt; testigante experimento certo, seruata aliquando aquæ benedictæ, ad quadriennium. Quinetiam post annos duodecim, conclusam phiala vitrea aquam, perstille nullo latens violatam, idem Autor confirmat. Sed dimittit vana hoc typho Græcico, certum est, salis admistionem, non spectare aquæ incorruptionem, cui potius officeret; sed spectare diuinæ Sapientie adiunctum cum limo nostro fluxaque mortalitate, de qua scriptum est, omnes morimur, & sicut aqua dilabimur. Hæc renouuntur quæ Abul. 4. Reg. 2. q. 37. & Gul. Dorand. l. 4. ration. cap. 4. meditantur de ritu hoc Ecclesiastico, deuotio ex sale per Elisæum immisso vasi nouo, & ad aquas sanandas adhibito. Sal enim illud Elisæi spectat, se verbi corporationem, iam dictum est.

Ibid. col. 2. lin. 5. post hæc verba, lib. 1. cap. 157. *adde*; Hanc salis in omni sacrificio adhibendi diuinis iniectionem Hebræis necessitatem, Satan Dei minus & perpetuus Mosaicarum obseruationum amulus, infigit ethnieis: quandoquidem Plinio teste l. 1. cap. 7. [Maximè in sacris intelligitur salis auctoritas, quando nulla conficiuntur sine mola falsa.] Sic farte p. o. & saliente mica, molliori auersos penates, dixit Placcus l. 3. oda 23. & l. 2. Saty. 3. spargi mola falsa caput nate ante aras pro vitula statuit, testatur. Institutum id fuisse à Numa qui Hebræos plerosque ritus explebat, dixit Plinius l. 1. c. 2. Tantam verò salis in sacris frequentiam testans Plato, dialo. de natura, Sal autem Deo corpus, appellantur. Ad cuius dicti explicationem superuacuum

superuacua sunt, quæ Franciscus Valestinus l. de sacra Philosophia. cap. 16. commentatur de affectu demonum erga quædam corpora. Nullus enim talis affectus reuera inest demonibus; nisi si cum aliquando ementuntur, ob symbolicam alicuius corporis significationem. Id quod multo magis de Deo est alterendum. Sed ergo, Deo acceptum est; ob mysticam sapientie, & corruptionis abactæ significationem: aquæ duo contulit Christus naturam humanam, per suum cum ea nexum in vnam personam. Cumque Deus id adumbrat voluisset, frequenti viui salis in Sacris abs se confectis, pectus Dei æmulator ad nefaria sacra transfudit.

Pag. 401. col. 1. lin. 56. post hæc verba, mea vita Deo, *adde*; Tandem Adam Petennas homin. de Annunc. fuit accommodans Deiparæ virgam Iesse, sic habet præter cætera. [Virga de radice Iesse Saluatoris concepta. Frondit, quando obumbrans ei, Altissimi virtus, & Angelis & hominibus mysteriū occultauit. Fructificauit, quando quem sine contagione conceperat, sine dolore partu edidit. Conceptum itaque Virginis, virgæ florem diuinus: Velamenta mysterij, frondes: Partum, autem de virga protulit. Nux optimè conuenit Sacramento. Denique nascens, vnam in tribus substantijs personam figurat. Corium nucis, refer ad carnem; testam ad animam; nucleum ad interiorem diuinitatis dulcedinem. Corium habet amaritudinem, quo Saluatoris sustinuit passionem; Testa fortior, animæ mundum saluans designat virtutem; Oleum quod de nucleo elicitur, quia reficit, lucet & medetur, demittit congruit quando scientes iustitiam latiat, oculos illuminat, peccatorum vulnera sanat. Ad hoc expressa est Virga de radice Iesse, vt sic floretet, vt tales fructus nobis proferret.]

Pag. 402. col. 1. lin. 29. post hæc verba, de quo, *adde*, Latine Adam Petennas serm. de Annunc. & Ambr. lib. 3. de Virg.

Pag. 471. col. 1. lin. 23. post hæc verba, comprehensionem Dei: quod, *adde*, videri potest Iustinus (si ipse Auctor libri de Trinitate. Nam in libri hinc quaerens quid Christus quem vocat Dei templum, phrasi benignè mollienda) plus habeat quam cæteri quod attinet ad Dei constitutionem, comparatione Solis adhibita, sic dissoluit questionem. [Communis hic Sol nobis quotidie se præter omnibus; nec magis minùsve irradiat alium quam alium, sed in omnes ex æquo exercet vim suam: Atamen si quis actiore visu pollet, plus eius splendoris recipit, non quod Sol magis in eum agat quam in cæteros, sed propter vim oculorum eximiam. At qui quis infirmos habet oculos, ne obtueri quidem totam lucem poterit, propter eorum hebetudinem. Idem cogita de Sole Iustitie, cum sit Deus; ex æquo illam adesse omnibus iuxta suam essentiam: Nos autem quotquot sumus, vt hebetes & oculis (qualentes præ peccatorum sordibus ad percipiendam lucem non esse idoneos. Templum verò illud proprium, oculo putissimo, splendorem totius luminis capere, vix potest. S. Spiritus opera, & à peccato prorsus alienissimum. Nam sicut Sol, quamuis sua vi attingat pariter omnia, tamen non ab omnibus similiter capitur: sic Verbum illud iuxta essentiam præsens omnibus, non similiter adest cæteris, vt templo proprio.] Aiebam hæc videri ferre sententiam illam, quod anima Christi per intellectionem creatam comprehendat Deum. Idipsum.

Pag. 480. col. 1. lin. 14. post hæc verba, prædictæ expositioni, *adde*, S. Amphilochius alter è duobus sermonibus in hoc Christi dictum, tantum abest vt filij ignorantiam ex eo haberi dicat, vt prius causam scientiæ Filij inde haberi contendat. [Nam quia omnia quæcumque habet Pater, palam Filij sunt; neque Filius nisi Patre habente, eorum notitiam habet. At quia

Pater habet, confessum ergo est, habere etiam Filium. Particulam enim, *nisi*, conuenit Scriptura ponere, quandoque quidem negatiue, cuiusmodi est illud, *Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in ipso: ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus qui est ex Deo*. Quandoque verò ponit, ad eorum quæ futura quidem expectabantur, nequaquam tamen euenerunt, rationem reddendam: vt cum ait, *Nisi Dominus Sabaoth, reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha, similes fuissetis*. Quia igitur reliquit nobis semen, haudquaquam facti sumus sicut Sodoma; nec verò Gomorrhæ similes euasimus. Et iterum; *Nisi quia Dominus adiunxit, paulo minùs habitasset in inferno anima mea*. Quandoquidem ergo me adiunxit Dominus, nequaquam habitauit in inferno anima mea. Nec illud longe abest. *Nisi quia Dominus erat in nobis, cum exurgerent homines in nos, forte viros deglansissent nos*. Quia igitur Dominus in nobis est, parcesit quod non deglansissent nos. Sic itaque etiam hoc loco. *Neque Filius nouit nisi Pater*. Quia ergo nouit Pater, confessum est quod & Filius. Dixit ergo causam scientiæ, non falsò affinxit ignorantiam. [Non placet hæc S. Amphilochij glossa, quia non quadrat intento Christi, nolentis satisfacere quæsito discipulorum & aperire diem iudicii. Vnde cum sciret Filius, dummodò sciret, aperire posset, nec prætexeret idoneam causam negandi responsum. Homines quoque censeri possent scire diem iudicii, (quod tamen Christus differtur,) etiam si eum non scirent nisi per Patrem, à quo quicquid alij sciunt, haustum fuerit necesse est. Itaque non est commoda S. Amphilochij interpretatio.]

Pag. 481. col. 1. lin. 18. post hæc verba, obseruantes emendaremur, *adde*; Nec minùs perspicue Isidorus Pelus. l. 1. Epist. 117. [Quid (inquit,) aduersum seipsum Domini iudicium impij homines attrahunt? Quid gehennæ ignem, Dei hostes accendant? Consummationis diem (inquit,) Dominus ignorauit. Absit. Verum inutiles quæstiones explicare recusabat: alioquid quoniam pacto horam aut diem ignorare poterat seculorum effectus, in quo thesauri omnes sapientiæ, siti sunt? Non erat ignorantis, ipsa quoque extremi diei signa & terrores prædicere, cumque velut præsentem certis notis atque insignibus describere. Verum (vt iam dixi,) vanæ percontationis explanationem ac sententiam minime declarandam duxit. Quid enim, dic quælo utilitatis attulerit, finis mundi diem exploratum habere? At verò eundem ignorare conducit; vt omnem diem, illum esse existimantes, parati ad eum simus, vigilantes, ac Dominum nostrum expectantes.]

Pag. 516. col. 1. lin. 21. post hæc verba, habere propositam. Illius, *adde*; illum omnium primum fructum proponit S. Augustinus serm. 71. de diuers. [Quæ maior esse misericordia super miseros potuit, quam illa quæ cæli creatorem de cælo deposuit, & terreno corpore, terræ induit conditorem; eum qui in æternitate patris, manet æqualis, mortalitate coæquant & nobis; formam serui, mundi Domino impoluit, vt ipse panis esuriret, satietas fieret, virtus infirmaretur, sanitas vulneraretur, vita moreretur? Hoc autem vt nostra pasceretur fames, rigaretur ariditas, consolaretur infirmitas, exstingeret iniquitas, ardesceret charitas. Quæ maior misericordia, quam creari creatorem, seruire dominatorem, vendi redemptorem, humiliari exaltatorem, occidi fuscitorem? Nobis de præbendis elemosinis præcipitur, vt panem demus esurienti. Ille seipsum vt nobis daret esurientibus, prius pro nobis se tradidit famientibus. Præcipitur nobis vt peregrinum recipiamus: Ille pro nobis in sua propria venit, & sui eum non receperunt. Ipsum denique benedicat anima nostra, qui propitius sit omnibus iniquitatibus eius, qui sanat omnes languores eius, qui redimit de corruptione

D d d 2 rutione

ruptione vitam eius, qui eam coronat in miseratione & misericordia, qui faciat in bonis desiderium eius.] Hæc de multiplici misericordia nobis per Christum prerogata, B. Augustinus. Omnia verè, nisi quod suscepio humanitatis quæ prima & summa misericordia erga nos in propositis verbis numeratur, non fuit Christi propter carnem nostram induiti misericordia erga nos, sed duntaxat Patris siue SS. Trinitatis, quia Christus propter homo Deus, non potuit elicere actum misericordiae erga nos, cum humanitas est copulata Verbo, quia ea copulatio cum pertinuerit ad esse ac constitutionem Christi, antecessit omnem Christi operationem. Ceteri verò actus vniione posteriores, & ab ipso Christo iam constituto, in bonum nostrum elicitur ut miseria nostra leuaretur, fuerunt propriè actus misericordiae Christi erga nos, & propter tales rectè sunt à B. Augustino representati. Eiusdem virtutis misericordiae,

pag. 562. col. 2. lin. 35. post hæc verba, in aliorum opinione, *adde*, Refragari videntur nonnulli dedecere putantes ut Christus pudore affectus dicatur ad ignominias & vulgo dictas confusiones, cum Apostoli gestirent præ gaudio quod digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliam pati. Itaque ne in passione quidem, ubi confusio operuisse legitur faciem Christi, & tota die verecundiam suam contra se fuisse ipsemet affirmat, existimant non fuisse in Christo verecundiam, quamvis non deesset quæ in nobis esset verecundia confusioque & pudoris materia. Ita Gabriel Aluarez ad cap. 53. Isaie circa illa verba, & quasi absconditum vultus eius. Non placet tamen ea sententia, cum videatur vni inferre plerisque Scripturis; quæ tametsi ferunt Christum non succubuisse verecundia, & præ ea abstulisse benè facere, tamen apertè agnoscunt Christum esse verecundatum & confusum nominatim in passione. Videtur Psal. 43. v. 16. & Psal. 68. v. 8. & utrobique Hieronymum. Subscribit Lorinus in Psal. 88. ad vers. 46. & Auendanius ad titul. Psal. 44. sect. 8. num. 610. qui de triumphata & ut Apostolus Hebr. 12. loquitur, contempta ac flocefacta confusione accipit illa Isaie ex persona Christi, Dominus Deus auxiliator meus, idè non sum confusus; *Idè posui faciem meam ut petram durissimam, & scio quoniam non confundar.* Quæ tantum ferunt, Christum non esse pudore absteritum & confusione victum, ne operi Dei insisterent, quod plerumque vsuuenit mortalibus, quamvis re ipsa confusione ac pudorem admiserit; præsertim per tempus Passionis ac Crucis.

pag. 567. col. 2. lin. 65. post hæc verba, Verborum Evangelicorum, *adde*, Quod de Christo nulla tentatione vel contrito, vel commoto diximus. Origenes l. 2. in Iobum expressit similitudine adamantis ad quemvis mallei ictum immoti. Quolibet enim tentatio ut idem Origenes fusè prosequitur homil. 3. in Ierem. est veluti malleatio ac tussio super incudem, unde Satan ex eiusdem Hieremie assertionem est malleus vniuersæ terræ.

Solus Christus eius mallei ictibus neque attritus est, neque tantisper violatus: Vnde adamas iure denominatus est, ut statim referam, & his verbis tradit Origenes pro Christi typo habens lapidem adamantem, quin idcirco nusquam reperitur aut post Christi veri adamantis aduentum. Verba Origenis sunt. [Singularis ille, & diuinus, celestis quoque acque incorruptibilis adamas, vniuersus Deus, à Patre ad terras missus, de quo dicit Deus Pater, *Ecce ego ponam adamantem in medio populi mei*, quem neque ignis tentationum in deserto comminuit; quem non plagæ impiorum in Cruce controuerunt; quem neque sepultura sepulchri, neque mortis interitus, vel inferorum violauit, sed omnia superant, diuinum & incorruptibilem se adamantem fuisse, demonstrat. Adamas verò est naturaliter talis lapis; cui neque ignis, neque ferrum, neque aliud quicquam præuallet. Ferro enim si percutiatur, demergitur in ferrum tanquam plumbum missum in ignem. Si in ignem mittatur, similiter permanet ut missus est, & non violatur. Ergo quia nihil ei præuallet, idè adamas appellatur. Adamas verò interpretatur ex Græca lingua *indomabilis*, inflexibilis, inalterabilis, incommutatus, & ut breuiter dicam, cui nec quicquam præuallet, neque percutiendo, neque adiendo. Nam percussus non comminuitur, exultus non conteritur. Merito ergo adamas appellatur, ut potè insuperabilis. Quod si dixerit aliquis, ubi est modò, vel ubi conspicitur huiuscemodi lapis adamantinus. Audi. Hæc omnia typus fuerunt D. Iesu Christi, qui vique ad aduentum Domini, erant & visa sunt: Post aduentum autem Domini, visa non sunt. Vbi videtur nunc phoenix, ubi vna Adam? Vbi videtur arca Testamenti vel vna manna? Sic similiter nunc, ubi videtur adamas, atque ea quæ typum Domini gerebant. Et scilicet vsque ad aduentum Domini visa sunt, ut potè figuræ; & inde abscondita sunt Domino ipsas figuras adimplente.] Quod post Christi aduentum desierit adamas, explodendū est. Admittenda verò correspondentiæ Christi cum adamante ob insuperabilitatem per quamcunque tentationem.

P. 570. col. 2. lin. 36. post hæc verba, Gerio notat stultitiæ, *adde*, Estque reuera longè aliud quàm quod Autor Tractatus de vite vera cap. 5. dixit agens de Passione Christi. [Passionem, non illum diem vnum appellamus, quo mortuus fuit, sed totam vitam illius. Totam enim vitam Christi, Crux fuit & Martyrium.] Hoc non dicit iste Autor de præfensione perpetua dolorum in passione illorum; sed de continuatis vita tota Christi perpassionibus diuersi generis, quas piè admodum recenset, bona parte reliqui capitis. At ij quos Gerio stultitiæ notabat, cruciatus tempore Passionis à Christo exceptos, volebant Christo per totam vitam iugiter fuisse, ob eorum præconceptionem distinctam, & admissionem ex charitate in Deum ac nos. A qua sententia, planè abhorreo.